

les prières
res, à vous
nmis à vos
otre piété,
publiques,

dans ces
les trésors
clairement

Vénérables
es et l'en-
es de toute
d de bonté
dissiper les
t de maux,
le, et faire
piété dans
la vérité et
liens de la
e son Fils
a plus aug-
me témoi-
postolique,
Vénérables

l'an 1851,
IX. "

(1) SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

P A P È I X
EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE
LOCORVM ORDINARIOS

GRATIAM ET COMMUNIONEM APOSTOLICE SEDIS HABENTES.

ROME MDCCCCLII.

PIVS PP. IX

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM
BENEDICTIONEM.

Ex aliis Nostris Encyclicis Litteris ad Vos hoc ipso dio datis novistis, Venerabiles Fratres, quo studio eximiam vestram pietatem excitavimus, ut in tantis christiana, et civilis reipublicae calamitatibus publicas in vestris dioecesisibus preces peragendas curretis ad divinam implorandam misericordiam. Cum autem in iisdem Litteris significaverimus, caelestes Ecclesiae thesauros a Nobis hac occasione iterum prolatum iri, iecirco has Vobis mittimus Litteras, quibus thesauros ipsos aperimus.

Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus, hacten indignis, commisit, per has Litteras omnibus, et singulis vestrarum dioecesum utriusque sexus fidelibus, qui intra unius mensis spatium ab unoquoque Vestrum praefigendum, atque a die, quem quisque Vestrum constituerit, computandum peccata sua humiliiter, et cum sincera illorum detestatione confessi, et sacramentali absolutione expiati sanctissimum Eucharistiae sacramentum reverenter suscepient, ac tres Ecclesias a Vobis designandas, aut tribus vicibus illarum unam visitaverint, ibique aliquo temporis spatio pias ad Deum pro exaltatione, et prosperitate sanctae Matris Ecclesiae, ac Sedis Apostolicae, atque pro haeresum extirpatione, ac pro pace et concordia christianorum Principum, ac totius populi christiani pace et unitate preces effuderint, atque insuper intra dictum temporis intervallum semel jejunaverint, ac aliquam in pauperes eleemosynam, piamente largitionem in religiosissimum *Propagationis Fidei* opus (quod episcopali vestro zelo summopere commendamus) pro sua

(1) Cette seconde lettre est envoyée à MM. les curés pour leur information personnelle.